

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Abstinentia ai
cum fonte primo

Semper uirtuti cibus ieiunium fuit;
de abstinentia quoque prodeunt caste cogitationes,
rationabiles uoluntates, salubria consilia;
et per uoluntarias afflictiones caro concupiscentiis
moritur et uirtutibus spiritus innouatur.

Leo papa in sermone de ieiunio X. mensis.

Semper enim uirtuti cibus ieiunium fuit.
De abstinentia denique prodeunt castae cogitationes,
rationabiles uoluntates, salubriora consilia.
Et per uoluntarias afflictiones caro concupiscentiis
moritur, uirtutibus spiritus innouatur.

Leo Magnus, *Tractatus septem et nonaginta*, 13
(CCSL 138A, A. Chavasse ed., p.55, ll.7-11).